Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

quid dicit in euangelio: Cum ascendisset ihs in
montem excelsum assumens secum petrum et iacob
bum et iohannem. et transformatus est ibi coram
ipsis: Et ecce apparuerunt inquit moyses et helias
in gloria conloquentes cum eo. Hic non refert
quia uultus eius glorificatus est. sed quia totus
apparuit in gloria conloquens cum ihu. Et ibi
ej completur illa promissio quam accepit in monte
syna. cum dictum est ei. posteriora mea uidebis: Uidit ergo posteriora eius uidit enim quae
in posterioribus et nouissimis diebus facta sunt.
et gauisus est; sicut enim abraham concupiuit
uidere diem dni. et uidit et gauisus est. et necesse
est gauisus est. quia iam non solum multa glori
ficatus discendit de monte. sed totus glorifi
catus ascendit in ex monte.: Gauisus est. sine du
bio moyses quodam de quo dixerat. prophe
tam uob suscitabit dns deus ex fratribus uris
sicut me. ipsum audietis omnia quae nunc adhuc ce
rnebat. et fidem facere sermonib; suis;. Et ne
cuncteretur in aliquo. audit uocem patris eam
dicentem:. Hic est filius meus dilectus in quo
bene complacui. ipsum audite:. Moyses dudu
dixit. illum audietis. nunc pater dicit. hic est